Österreich (Wien), 1455

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



hominem maculans i eu qd possit eu coinquinare sed q de homine procedit
illa sunt q coinquinant hominem Si qs habet aures audiendi audiat. Et cum
introisset i domum a turba interrogabant eum discipuli eius parabolam
Et ait illis Sic et vos imprudentes estis. Nonne intelligitis quia
omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum coinquinare. Quia
non introit i cor eius sed i ventrem et egreditur in secessum purgans
omnes escas. Dicebat autem. quia quod ex homine exeunt illa coinquinant
hominem Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt.
adulteria. fornicationes. homicidia. furta. avaritiae. nequitiae
dolus impudicitia. oculus malus. blasphemia. superbia. stultitia
haec omnia mala procedunt ab intus et coinquinant hominem Et inde
surgens. abiit in fines Tyri et Sydonis et introiens domum neminem
scire voluit et non potuit latere. audivit enim statim mulier de
quo audierat de eo cuius habebat filia spiritum immundum venit et procidit ad
pedes eius. Erat autem mulier gentilis Syrophenissa genere. Et
rogabat eum ut daemonium eiceret de filia eius Et dixit illi Sine
prius saturari filios. non enim bonum est sumere panem filiorum et mittere
canibus At illa respondens ait. et dixit illi Etiam domine. Nam
et catelli edunt de micis puerorum de mensa. et ait illi Propter
hunc sermonem vade. exiit dimonium de filia tua. Et cum
abisset in domum suam invenit puellam iacentem super lectum et de
monium abisse. Et iterum exiens de finibus Tyri. venit per
Sydonem ad mare Galilee qs est inter medios fines decapo
leos. Et adducunt ei surdum et mutum et deprecabant eum ut imponeret
illi manum. Et apprehendens eum seorsum de turba. misit digitos
suos in auriculas eius. et exspuens tetigit linguam eius et suspi
ciens in celum ingemuit et ait Effeta. qd est adaperire. et statim
aperte sunt aures eius et soluta est ligatura linguae eius et loquebatur
recte Et praecepit eis ne cui dicerent
Quanto autem eis plus praecipiebat. tanto magis plus praedicabant
Et eo amplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit
audire et mutos loqui (Deo gratias/ viii/) VIII
In diebus illis Cum turba multa esset cum iesu. nec ha
berent quid manducarent Convocatis discipulis ait illis
Misereor super turbam. quia ecce iam triduo sustinent me nec habent
quid manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam